Ol. Amygdal. dulc. aut
Lin. ana ℥ij. *vel* iiß.
M. ad Vitr. pro dosi.

Atque hæc sunt usitatoria, apud nos saltem, emetica, cum modo ea præscribendi. Quæ autem reliqua sunt de Emeticis dicenda, ea fusius apud Autores reperiuntur.

Cautela in præscribendis emeticis.

§. 6. Heic tamen breviter annotandæ veniunt regulæ in Emeticorum præscriptione unicuique Practico Medico circumspectè observandæ; nimirum 1. Gibbosis & ad Phthisin inclinantibus, ut & valdè Asthmaticis, Emetica non convenire, aut saltem maximâ cum cautelâ iisdem esse ordinanda: 2. In Febribus continuis & acutis tutius longè Vomitoria exhiberi primis statim diebus, quàm in progressu Morbi, ubi vires jam magnam partem sunt dissolutæ: 3. Vomitoria Hystericis, aut ad Convulsiones proclivibus Fœminis vel planè non esse exhibenda, vel circumspectius ordinanda: Ita etiam 4. Gravidis Emetica propinata facilè abortum conciliant: 5. Delicatiores naturæ, in quibus fibrarum stomachi nervearum tonus non ita firmus existit, & quorum musculi aliâs laxiores aut molliores observantur, Emetica *fortiora* planè non, *mitiora* verò difficulter ferunt; quorum musculi autem & fibræ sunt firmiores, quique adeo complexionis robustæ hinc existunt, Remedia istiusmodi cum fructu usurpare observati sunt.

CAPUT XXXV.

De Venenis eorumq. Antidotis, atque hinc Bezoardicis Medicamentis.

§. 1.

Classes rerum corpus nostrum afficientium.

Quæcunque Machinam corporis nostri aliquo modo afficere observata hactenus sunt, ad tres referre

referre Medici classes consueverunt: Quarum *prima* continet *Alimenta*, corporis humani naturalem statum nutritio succo conservantia, nutrientia, augentia: *Secunda* Classis complectitur *Medicamenta*, statum Machinæ corporis nostri præternaturalem immutantia, alterantia, & ad naturalem constitutionem reducentia: *Tertia* denique Classis *Venena* communiter appellata comprehendit, quo quidem nomine indigitantur omnia ea, quæ variis modis Machinæ nostræ nociva & adversa sunt, ejusque naturalem statum violenter destruunt.

Alimenta.

Medicamenta.

Venena.

§. 2. Ex hâc autem *Veneni* descriptione jam patet abunde, etiam *Purgantia* nonnulla, nimiâ dosi exhibita, Venenorum nomen mereri, quatenus structuram corporis humani similiter labefactant, & ad illius destructionem non parum contribuunt. Eodem fundamento non minus *Veneni* appellatione digna æstimantur, quæ intra corpus genita sensim illius naturalem Oeconomiam debilitant atque dissolvunt, prout id in *Febribus* contingit *malignis*, *pestilentibus*, *Pestes* adeo ipsa.

§. 3. Quemadmodum partes Machinam vitalem aut viventem construentes diversæ sunt, *spirituosæ* nimirum, *humorosæ*, & *solidæ*, ita *Venena* quoque ipsa subjectorum ratione varia dicuntur, dum *alia* quidem Spiritus magis afficiunt, eosque narcotico quodam fœtidoque sulphure impuro nervis hostili figunt, prout in *Regno Vegetabili* reperiuntur *Hyoscyamus*, *Nicotiana*, *Napellus*, *Papaver album*, *Opium*, *Cicuta aquatica*, *Colchici Semen & radix*, *Ranunculus*, &c. Alia humoribus potius infesta sunt, atque eorum naturalem crasin, consistentiam ac motum, vi quadam fermentativa, invertunt, dissolvunt, destruunt, aut etiam coagulant, quemadmodum potissimum in *Regno animali*

Venenorum diversitas.

mali occurrunt extus advenientia, v. gr. *Morsus Animalium rabidorum*, salivam venenatam vulneratis vasis ac sanguini communicans; *Ictus venenatus* Insectorum, nervosas fibrillas pungendo, vascula minima sanguifera penetrando, ac liquorem quendam volatilissimum dissolventem immittendo: *Alia* tandem solidas partes magis adoriuntur, earum unitatem corrosivâ qualitate infestando, solvendo, mortificando, ac putrefaciendo: qualia è *minerali Regno* habentur *Auripigmentum*, *Antimonium*, *Mercurius sublimatus*, & *præcipitatus corrosivus*, *Spiritus acidi acres*, ut & *Arsenicum* qualecunque, *Aqua fortis*, *Aqua regia*, *Spiritus Nitri*, *Salis*, *Vitrioli*, *Aluminis*, *Sulphuris*, &c. *Butyrum Antimonii*, *Vitrum Antimon.* *Mercurius vitæ*, &c.

§. 4. Cùm ergo *Venena* omnia patticulis iis sint prædita, quæ naturæ vel spirituum animalium, vel circulantium humorum, vel denique solidarum ipsarum partium infestæ, totaque adeo substantiâ deleteriæ existunt, ac præterea è principio salino - sulphureo, *plus* minus volatili, aut fixo, nunc corrosivo, nunc fermentativo, nunc vaporoso & narcotico magis compositæ; facilè patet, in *Antidotorum* censum haud alia Remedia esse referenda, quàm quæ contrariis qualitatibus prædita vim qualiumcunque Venenorum infringere aut prorsus reprimere valent. Atque hinc ea demum *Bezoardica*, *antidota*, *alexipharmaca*, *antemetica*, *alexiteria*, vel *alexicaca* appellabuntur, quæ particulis plus minus balsamicis, naturæque partium Machinæ humanæ convenientibus, Veneno nunc omni, nunc huic aut illi magis resistunt, noxas ab eo inductas emendant, atque hinc machinam labefactatam vitali iterum integritati restituunt.

Qua remedia sint antidota.

§. 5. *Bezoardica* Remedia non malè distinguuntur

Sunt vel Universalia.

tur in *universalia* & *particularia*: Quorum *illa* dicuntur, quæ omnibus in universum Venenis resistere valent: *hæc* verò creduntur, quæ huic tantùm aut illi Veneno in specie aut particulariter medentur. *Universalium* materiam ex omnibus tribus medicamentorum Regnis; *Particularium* autem nunc ex hoc nunc ex illo magis petere solemus.

§. 6. In *Universalium* censum referimus *Radices Angelicæ, Anthoræ, Carlinæ, Dictamni, Contrajervæ, Gentianæ, Imperatoriæ, Petasitidis, Zedoariæ, Bistortæ, Scorzoneræ, Vincetoxici; Herbas Rutæ, Scordii, Galegæ, Salviæ, Cardui benedicti, Fumariæ, Scabiosæ, Succisæ, Centaurii minoris, Marrubii albi, Ulmariæ; Flores Galegæ, Sambuci, Calendulæ, Bellidis minoris, Baccas Juniperi, Costum verum, Myrrham, Camphoram, Succinum, Bolum Armenat. Unicornu fossile, Dentes Hippopotami, Lapidem bezoardicum orientalem & occidentalem verum, C. C. pphicè pptum, Ebur pptum, Aurum horizontale, Terram Lemniam* aut *sigillatam, Cinnabarim nativam* vel *Antimonii, Spinas Viperarum pptas, Conchas pptas, Matrem Perlarum pptam, Os de Corde Cervi, Antimonium diaphoreticum, Magisterium Antimonii diaphoretici, Bezoardicum minerale, Pulverem rubeum Pannonicum, bezoardicum Sennerti, Oculos 69. pptos, Flores sulphuris myrrhatos, Flores Salis armon. hæmatitinos, Sal ac Spiritum volat. C. C. Viperarum, Lumbricorum* aut *Urinæ, Spiritum Salis armon. urinosum, Spiritum theriacalem camphoratum, Spiritum Eboris, Mixturam simplicem, Tincturam bezoardicam, Elixir pestilentiale Crollii, Theriacam Andromachi, Mithridatium Damocratis, Electuarium Orvietanum, Electuarium Diascordium Fracastorii, Aquas Plantarum* supra dictarum destillatas, ut & *Aquam prophylacticam Sylvii*, vel *Bezoardicam Ruland.* Quibus addimus Aceta *bezo-*

Classis Antidotorum Universalium.

bezoardica, rutacea, Succum Citri, Tincturam Rosarum vel Violarum, Extracta Scorzoneræ, Contrayerv. Petasit. Angel. Rutæ, Galegæ, Centaurii minoris, & similia. E quibus singulis varia seligi, variisque sub formis Ægro præscribi possunt, prout nunc Massa sanguinea, magis soluta, ad consistentiam debitam est reducenda; nunc eadem nimis crassa venit resolvenda; nunc fermentitiæ venenatæ particulæ, sive per sudorem, sive per diuresin præcipitandæ.

Bezoardicorum Formulæ generales.

℞. *Aqu. Calendul.*
Acetos. ana ℥iß.
Syrup. Rub. id ʒvj.
Spir. Nitr. gutt. viii.
Antimon. diaph. ʒß.
M. detur ad Vitr. Exhibeatur cochleatim.

Vel ℞. *Aqu. Plantag.* ℥iß.
Agrimon. ℥j.
Syrup. Acetos. Citr.
Capill. Vener. ana ʒiij.
Mixtur. simpl. ℈j.
Bezoard. min.
Terr. sigillat. ana gr. xv.
Misc. detur ad Vitr. Usus ut supra.

Vel ℞. *Aqu. flor. Sambuc.*
Ulmar.
Succis.
Syr. de Nymph. ana ℥j.
Theriac. Andromach. ℈ij.
C. C. pph. ppt. ℈iß.
M. ad Vitr. pro ij. *dosibus spatio* vj. *vel* viij. horarum sumendis.

Vel ℞. *Aq. Card. Mar.* ℥iß.

Scabios.

Scabios.
Agrimon. ana ʒvj.
Syr. Rub. id. ℥ß.
Mithridat. Damocr. ʒj.
Antimon. diaphor.
Ebor. ppt. ana gr. xv.
M. ad Vitr. pro ij. *dosibus.*
Vel ℞. *Aq. prophylact. Sylv.* ʒvj.
Semperv. maj.
Card. ben. ana ℥ß.
Lactuc. ℥j.
Syr. Corallor. ʒvj.
Antimon. diaphor.
C. C. ust. ana ℈j.
Elect. diascord. Fracast. ʒj.
M. ad Vitr. pro ij. *dosibus.*
Vel ℞. *Aq. Fumar.* ℥iß.
Taraxac.
fl. Samb. ana ℥j.
Syr. è Succ. Citr. ʒvj.
Elect. Orvietan. ℈ij.
Antimon. diaphor. ʒß.
Unicorn. fossil. ℈ß.
M. ad Vitr. pro ij. *dosibus.*
Vel ℞. *Aq. cardiac. offic.* ℥ij.
Succis. ℥iß.
Syr. Granat. acid. ℥ß.
Confect. Alkerm. ℈ij.
Ebor. ppt.
C. C. ph. ppt. ana gr. xv.
M. ad Vitr. detur subinde per cochlearia.
Vel ℞. *Aq. flor. Samb.* ℥ij.
Plantag.
Fumar. ana ℥j.
Syr. de Acetosell.

Agrest. ana ℥ß.
Antimon. diaphor.
Pulv. Pannon. rubr. ana ʒß.
Sacchar. perlat. ʒj.
M. ad Vitr. Detur cochleatim.
Vel ℞. *Amygdal. dulc. rec. exc.*
Nucleor. Persic. rec. excort. ana ʒij.
Semin. Cucurb.
Card. ben.
Nap. ana ʒiß.
Aq. Taraxac. ℥iiiiß.
Card. Mar. ℥iij.
M. F. l. a. Emulsio, cui adde
C. C. ph. ppt. ʒj.
Bezoard. miner. ℈ij.
Rot. Man. Chr. simpl. ʒß.
M. ad Vitr. pro iij. *dosibus.*
Vel ℞. *Nucl. Persic. ʒiiß.*
Semin. Melon. ʒij.
Cucurb. ʒj.
Napi ʒiß.
Card. ben.
Lactuc. ana ʒj.
Nasturt. ʒß.
Aqu. Cichor. Carlin.
Card. ben. ana ℥ij.
Apii hortens. ℥j.
F. l. a. Emulsio, cui adde
Pulv Viperar. ppt.
Antimonii diaphor.
Ocul. 69. ppt. ana ℈ij.
Julep. rosac. ʒvj.
M. ad Vitr. pro iij. *dosibus.*
Vel ℞. *Aq. flor. Samb.*
Scabios.

Chere-

Cherefol. ana ℥j.
Syr. Rub. id. ℥ß.
Spirit. Salis arm. urin. ℈j.
Confect. alkerm. ʒß.
Bezoard. miner.
Conchar. ppt. ana ℈j.
M. ad Vitr. Detur cochleatim.

Vel ℞. *Aqu. Scolopendr.*
Endiv.
Cardiac. officin. ana ℥iß.
Syr. è toto Citr.
Corallor. ana ℥ß.
Spiritus volatilis C. C. aut
Viper ʒß.
Confect. Hyacinth. ℈ij.
Ebor. ppt.
Antimonii diaph. ana ℈j.
Cinnabar. nativ. vel Antimonii opt. ℈ß.
M. ad Vitr. Sumatur frequenter cochleatim.

Vel ℞. *Aq. Nasturt.*
Borrag.
flor. Acac.
Lactuc. ana ℥j.
Syr. Rub. id.
de Nymph. ana ℥ß.
Salis volat. C. C. ℈j.
C. C. pph. ppt.
Antimonii diaphor. ana ʒß.
Julep. rosac. ʒij.
M. ad Vitr. Detur per cochlearia.

Vel ℞. *Mixtur. simplic.* ʒij.
Detur ad Vitr. Dosis mane ac vesperi gtt. xv. vel xx. cum *Mixtura cardiaca.*

Vel ℞. *Pulv. Pannon. rubr.* vel
bezoardic. Sennerti,
Antimonii diaphor. ana ʒj.
Bezoard. miner.
Unicorn. fossil. ana ʒß.
M. f. Pulv. subt. Cujus dosis ℈j. *ad* ʒß.

Vel ℞. *C. C. pph. ppt.*
Antimonii diaphor.
Ocul. 69. *ppt. ana* ʒj.
Lapid. prunell. ℈j.
M. f. Pulv. subt. Cujus dosis ut suprà.

Vel ℞. *Ebor. ppt.*
Bol. Armen. ppt.
Bezoardic. miner. ana ℈j.
Lapid. bezoard. orient. vel
occid. ver. gr. vj.
M. f. Pulv. subt. in iij. *dos. æqu. divid. ad ch.*

℞. *Antimonii diaphor.*
C. C. pph. ppt. ana ℈ij.
Auri horizontal. gr. xii.
Ol. destill. cortic. Citr. gtt. ij.
Sacch. cand. alb. ℈j.
M. f. pulv. subt. in iiij. *dos. æqu. divid.*

℞. *Matr. Perl. ppt.*
Bezoard. miner. ana ℈j.
Salis volatilis C. C. optimè depurati gr. vi.
Cinnab. nativ. opt. gr. iiij.
Nitr. ppt. gr. ii.
M. F. Pulv. subt. ij. *doses.*

Vel ℞. *Tinct. bezoard. cujuscunque* ℥ß.
Detur ad Vitr. mane ac vesperi guttæ xxx. *sumantur.*

℞. *Pulv. Card. ben.* ʒiß.
Antimouii diaphor. ʒj.
Flor. sulphur. myrrhat. ʒß.

Sacch.

Sacch. cand. alb. ℈ij.
M. f. Pulv. subt. Dosis gr. xxv. ad ʒß.

Vel ℞. *C. C. pph. ppt.*
Corall. rubr. ppt. ana ʒiß.
Flor. Salis armon. hæmat. ʒß.
M. f. Pulv. subt. dos. ʒß.

Vel ℞. *Conserv. Rosar. rubr.*
Violar. ana ℥j.
Roob. Sambuc. ʒiß.
C. C. pph. ppt.
Ocul. 69. ppt. ana ʒß.
Syr. Acetosit. Citr. q. s.
M. f. Electuarium, d. ad Oll.

Vel ℞. *Roob. Junip.*
Sambuc.
Conserv. Borrag.
Bugloss.
Fl. Anth. ana ℥ß.
Confect. Alkerm. ʒiß.
Bezoard. miner.
Ebor. ppt. ana ʒß.
Diaphor. jovial. ℈j.
Syr. fl. Tunic. q. s.
M. f. Electuar. Cujus dosis singulis trihoriis est Nucistæ magnitudo.

§. 7. *Antidota specialia* ea dicuntur, quæ his illisve Venenis in specie resistunt, & opposita sunt; Hinc etiam *specifica* appellantur, & cum variæ sint species Venenorum, diversa quoque talia erunt Remedia *specifica Antidota*. Quando autem suspicio adest Veneni assumti, neque Medicus accuratè nósse potest, qualisnam præcisè species illius fuerit deglutita? Ante omnia certus esse debet de præsentiá alicujus Veneni in corpore, deinceps verò nonnisi *Antidota specialia.*

nisi generalia Antidota præscribet, donec certior evaserit de Veneni *specie*.

Signa assumti Veneni.

§. 8. *Signa* autem *assumti Veneni* varia sunt: Quod si illud acre est, in eoque simul volatilitas existat, maximè corrosiva, tum inter hauriendum, vel in deglutitione ipsâ deprehendetur caustica vis; succedent tamen paulo post dolor & ardor præcordiorum, irriti Vomendi conatus, Cardialgia Ventriculi, aut etiam totius Abdominis inflatio, Lipothymiæ, Vertigo, Sitis intolerabilis, &c.

Signa Veneni acidi.

§. 9. Si Venenum præterea acidæ sit prosapiæ, simul inde enascitur suppressio Urinæ; Ubi autem Venenum non adeo est acre, vel acrimoniam tantùm suam corrosivam aut fermentativam magis in in recessu habet, tunc per plures horas in Stomacho & corpore quandoque latere potest, antequam deleterios suos effectus prodat, ubi præter symptomata jam recensita nonnunquam Convulsiones producit.

Quid statim agendum.

§. 10. Dum ergo ex generalibus ejusmodi signis constat de Veneno aliquo propinato, statim accurrendum est ad universale quodcunque proximum Remedium, sive è Culinis, sive è Pharmaciâ petendum; quemadmodum sunt *Lixivium* qualecunque illicò propinatum, aut *Lac* affatim vel frequenter haustum, vel *Olei* etiam *Olivarum* aut *Amygdalarum dulcium* quantitas deglutita, aut *Theriaca Andromachi*, *Electuarium Orvietanum*, vel *Mithridatium Damocratis* ad ʒj. exhibitum. Inter quæ *Lixivium* vim habet corrosivum Veneni sal stainvertendi ac præcipitandi; *Oleum* verò & *Lac* ejusdem spicula absorbendi, atque sic acrimoniam edulcorandi. *Electuaria* tandem *composita* partim absorbendi & edulcorandi, partim etiam irritatos nervu-

nervulos demulcendi virtutem obtinent. Remedio tamen ejusmodi generali semel vel aliquoties exhibito adjungi simul debent *Mixturæ cardiacæ*, aut *Opiatæ confortantes*, quarum Formulæ inter Bezoardica superius extant: earum enim ope Veneni particulæ sensim è corpore penitus excluduntur, partiumque sive fibrarum læsarum tonus naturalis restituitur.

TITULUS I.

De Antidotis specialibus Venenorum mineralium.

§. 1.

INter *Venena mineralia* primum locum damus *Calci vivæ*, cujus particulæ alcalino-acres à menstruo Ventriculi in tumultuantem motum exagitatæ, deleterias in corpore vires exercere solent. Huic itaque Veneno destruendo conducunt *butyrosa*, *mucilaginosa* atque *viscida* omnia, largis dosibus exhibita. Inprimus hic commendari solent *Lac caprillum integrum*, frequentius affatim haustum, *Bolus Armena*, *Terra Lemnia*, similesque aliæ *Terræ* ad ℈ij. in Lacte propinatæ. Et quia Venenum hocce Dysenteriam post se trahere potest, huic symptomati occurretur *Clysteribus* ex *Decocto Hordei viscido*, item ex *Decocto Malvæ*, *Althææ*, *Scorzoneræ*, *Symphyti*, *Lactucæ*, *Parietariæ*, *Cochlearum* vel *Cancrorum vivorum contusorum*, Capitis & Mesenterii ovilli. *Venena mineralia.* *Calx viva.*

§. 2. Quod si *Gypsum* qualicunque modo fuerit assumtum, Medicus in principio statim accedens Vomitum procurabit, exhibito *Radicis Ipecacuanhæ pulvere*, postea verò *Lubricantia* & *mucilaginosa* largis *Gypsum.*

largis dosibus exhibebit: specialius verò *Decoctum Herbarum Origani, Pulegii, Hyssopi, Majoranæ, Calamintha, Roris marini, Salviæ, Ozymi*, &c. cum *Oxymelite simplici* subinde haustum prodest.

Vitriolum. §. 3. *Vitriolo nativo*, maximè *cæruleo*, copiosius assumto eadem *Remedia mucilaginosa* & *viscida* opponuntur, quæ superius jam allegata sunt, excepto solo *Lacte*, cujus vicem supplebit *Lixivium* vel *Oleum Amygdalarum dulcium*, aut *Olivarum* affatim haustum, vel etiam *Emulsiones Amygdalinæ*, cum *Aquâ Plantaginis* inprimis factæ.

Aqua fortis, vel Polonica. §. 4. *Aquæ forti Regiæ*, vel *Aquæ Polonicæ* haustæ statim largæ potiones Aquæ fontis cum *Bolo Armenâ* sunt opponendæ: postea verò *Emulsiones Amygdalarum dulcium* non negligendæ, cum additione *pulverum Bezoardicorum*. Quòd si verò *Lixivium* vel *Aqua* quædam *muriatica* ad manus sit, statim cyathus eâ repletus ad præcipitanda salia corrosiva propinetur, hinc verò *Eclegma* sequens à Medico præscribatur.

℞. *Syr. de Semperv. maj.* ℥iß.
Jujubis ʒvj.
Mucilag. Sem. Cydon. Aq. Plant. fact. ℥ij.
Aqu. flor. Acac.
Borrag. ana ʒvj.
Cinam. cydoniat. ℥ß.
Essent. Croc. ℈j.
Bol. Armen. ppt.
Unicorn. fossil.
Antimonii diaphor. ana ʒj.
M. f. Eclegma frequenter lambendum.

Ad erosas fauces *Gargarismate* opus est, quo subinde fauces calidè eluantur.

℞. *Radic.*

℞. *Radic. Consol. maj.* ℥ß.
Fol. rec. Plantag. Mj.
Sempervi. maj.
Alth. ana Mß.
Flor. Ros. rubr.
Verbasc.
Ligustr. ana P.j.
Semin. Cydon.
Psyll. ana ʒiß.
Inc. & cont. coq. in s. q. Aq. font. Colaturæ expressæ ℔ß. *admisce*
Mell. rosac. ℥ij.
Roob. dianuc. ℥j.
M. & gargarisetur subinde Palatum tepidè.

Sed & *Mixtura cardiaca* ordinanda est sequentem vel similem in modum.

Vel ℞. *Aq. Plantag.*
fl. Samb.
Sanic. Borrag. ana ℥j.
Cinam. cydoniat. ℥ß.
Syr. fl. Tunic. ʒvj.
Confect. Alkerm. compl. ʒj.
Crystall. alb. ppt. ℈iiß.
Antimonii diaphor. ℈j
Julep. rosac. ʒiij.
M. ad Vitr. Sumatur cochleatim.

§. 5. *Aës, Squamma Aeris, Flos Aëris, Aërugo Aëris, Aës ustum, Aurichalcum,* post *Vomitorium* in principio statim exhibitum pro specifico agnoscunt & admittunt *Tinctur. Rosarum* cum *Spiritu Salis* nonnihil *acidulam* redditam, cui tamen adjungenda veniunt Remedia in præcedentibus jam recensita. *Æs, Squamma aeris.*

§. 6. *Antimonio* sive *crudo* sive variis modis præparato & corrosivo, in principio statim *Bolus* ex *Antimonium corrosivum.*

The-

Theriacâ, vel *Mithridatio*, aut *Electuario Diascordio* cum *Crystallo albâ pptâ* opponi potest. Sed & iisdem quoque horis vel *Oleosa*, vel *Lac* qualecunque frequenter hausta, assumti Veneni spicula quàm potentissimè obtundunt; quibus & superius recensita, nec non *Juscula avenacea* & *hordeacea*, *Gelatina C. C.* &c. jungantur. Sic & qui Antimonium laborando tractant, tutos se præstabunt à noxâ fumorum antimonialium, sicubi ante labores sem- *Butyrum recens* frusto *Panis* tosto superinductum comedant, non neglecto *Vini rubri* boni haustu. Alii etiam inter laborandum *Cremorem Hordei* fortiter naribus attrahunt, atque hinc per nares tantùm respirant.

Adamas. §. 7. Nonnulli *Adamantem* inter Venena interna quoque reponunt, quantum licet subtilissimè pulverisàtum, verùm difficulter primò in pulverem vertitur, & etiamsi versus sit, non aliter tamen operabitur, quàm v. gr. *Vitrum pulverisatum* & *deglutitum*, quâ ratione particulæ asperæ & acuminatæ talium rerum sese facilè intra villos membranularum nervearum insinuâre, ibi tenaciter obhærerə, atque paulatim Inflammationem, putredinemque inducere possunt, cum subsequentibus variis symptomatibus, Dolore scilicet præcordiorum, Passione colicâ, Deliquiis Animi, Syncope, &c. Contra hocce igitur Veneni genus primò omnium quadrat exhibitum *Vomitorium*, postmodùm autem *Absorbentia* & *Inviscantia* superius jam prolixè descripta in usum vocentur.

Arsenicum §. 8. Inter vehementissima Venena meritò referimus cum Viris doctis *Arsenicum*, sive *nativum* illud è Metallis prognatum, nunc *citrinum*, *Auripigmentum* dictum, nunc *rubeum*, *Sandaracha* appellatum; sive *factitium*, vel ex *Auripigmento* & *Sandarachâ*

darachâ mixtis per ſublimationem, vel ex *Auripigmento* & *Sulphure*, additâ ſubinde *Calce vivâ* atque *ſale*, ſimul invicem calcinatis confectum. Cui veneno ſpecialiter in principio ſtatim opponitur *Vomitorium*, ac poſt ejus operationem finitam ſequentia proficua dantur.

℞. *Conſerv. flor. Roſ. rubr.*
Tunic.
Betonic. ana ℥ß.
Elect. Diaſcord. Frac. ʒij.
Ocul. 69. *ppt.*
Antimon. diaphor.
Cryſtall. alb. ppt.
Ebor. ppt. ana ℈j.
Eſſent. Croc. ℈ß.
Syr. Violar. q.ſ.
M. F. Elect. *molle d. ad Oll. Doſis ſæpè Nuciſtæ magnitudo.*

Vel ℞. *Antimon. diaphor.* ℈iiij.
Corall. rubr. ppt.
Ungul. Alc. ppt. ana ℈ij.
M.F.Pulv. ſubt. in vj. *doſ. æq. m. ac v. ſumendae.*

Vel ℞. *Terr. ſigillat.* ʒj.
Antimon. diaphor.
C. C. ph. ppt.
Bezoard. miner. ana ʒß.
Ægagropil. ℈j.
Lapid. bezoard. occ. ℈ß.
Elæoſacch. Citr. ʒiß.
M. F. *Pulv. ſubt. in* viij. *doſ. æq. ad chart.*

Vel ℞. *Aq. Plantag.*
Burſ. paſtor.
Scord. ana ℥j.
Cinam. bugloſſat. ℥ß.
Syr. flor. Tunic.

Bellid. min. ana ʒij.
Confect. Alkerm. ℈ij.
Matr. perl. ppt.
Bezoard. miner.
Dent. Hippopot. ppt. ana ℈j.
Elæosacch. Aurant. ʒj.
M. ad Vitr. detur frequenter cochleatim.

His Remediis etiam jungenda ea, quæ mucilaginositate quâdam Veneni assumti spicula obtundere valent, quemadmodum superius jam plura indigitavimus. *Externè* sequens *Emplastrum* stomachi regioni interea applicetur:

℞. *Empl. de Crust. Pan.* ʒij.
Pulver. Myrrh.
Menth.
Absynth. ana ʒiß.
Flor. Rosar. rubr.
Mastich. ana ℈iiij.
Ol. Nucist. expr. ʒj.
dest. Menth. ℈ß.
Resin. & Cer. ana q. s.
M. F. Emplastr. tenax alutæ superinducendum.

Plumbum. §. 9. *Plumbum* vel *simplex* vel *ustum*, & quæ inde parantur *Cerussa*, *Minium*, *Lithargyrium*, propter *arsenicale Sulphur* minus digestum, suam etiam vim corrosivam & venenatam in nostrum corpus exercere valent. Quibus tamen Venenorum speciebus post procuratum arte vomitum *Theriaca* vel *Mithridatium* cum *Lacte*, *Butyrosis* & *Oleosis* prosunt; in quorum Remediorum usu tamdiu æger continuabit, donec sentiat, Venenum è corpore esse discussum.

Mercurius. §. 10. Succedit inter mineralia venena *Mercurius*, sive *vulgaris* & *vivus*, sive *sublimatus*, aut *præcipitatus corrosivus*. Etsi enim ex hoc Metallo egregia

egregia varia præparari possint Remedia, omnem seri sanguinei stagnantis coagulationem potentissimè resolventia, nihilominus tamen exhibet etiam summè nocivum virus, tantoque id magis, quando cum Salibus acidis corrosivus est redditus. Huic autem Veneno eodem modo occurrimus, quo Arsenicum destrui posse diximus. Quod si crudus sit assumtus, vel extus etiam Amuletis appensis poros corporis fuerit subingressus, tum ante omnia *Purgans* est exhibendum: v. gr.

℞. *Antimon. diaphoret.*
Bol. Armen. ppt. ana ℈j.
Sulphuris aurati Antimonii gr. ij. *vel* iij.
Fol. auri num. j.
M. F. Pulv. subt. detur pro dosi.

Vel ℞. *Pulver. fol. Majoran.*
Hyssop.
Rutæ.
Terr. sigillat. ana gr. v.
Scammon. sulph. gr. viij. *ad* ℈ß.
Fol. auri num. j.
M. F. Pulv. subt. pro dosi.

Post *purgans* statim *Bezoardica sudorifera*, maximè sub Decoctorum formâ sunt exhibenda; ubi præ aliis laudatur *Decoctum Plantarum aromaticarum & nervinarum*, v. gr. *Melissæ, Hyssopi, Origani, Salviæ, Abrotani, Rorismarini, Chamæpiteos, Pimpinellæ, Rutæ, Scordii*, &c. Quibus *Cardiaca* tam *Electuaria*, quàm alia superius jam descripta adjiciuntur. Imò sudor etiam in *Balneo Aquæ dulcis*, vel Laconico horum Remediorum ope procuratus valdè prodest.

§. 11. Si autem *sublimatus Mercurius* & *corrosivus* Ventriculum qualicuuque modo subiit, statim haustus *Lixivii* aut *Aquæ muriaticæ*, qualis supernatat *Brassicæ Sale conditæ*, propinatur, postea *Mercurius sublimatus corrosivus.*

verò ad præſcriptionem *Theriacalium*, ut & *mucilaginoſorum & Pulverum bezoardicorum* pergatur. Nonnulli pro *ſpecifico* hic admittunt partim *Cryſtallos albas*, ad ʒj. datas, partim *Oleum Tartari per deliquium* ad ʒij. cum vehiculo convenienti præſcriptum.

TITULUS II.

De Venenis Vegetabilibus atque eorum Antidotis.

§. I.

Opium. INter *Venena vegetabilia* primum locum meritò tenet *Opium*, quod licèt egregium & efficax Medicamentum doſi juſtâ exhibitum exiſtat, nihilominus tamen ultra doſin aliquot granorum aſſumtum ſomno perpetuo occaſionem dat, naturamque in operationibus ſuis vitalibus prorſus deſtruit. Quid verò Opium *propriè ſit?* Ex *quibus* principiis componatur? Et quando operetur? illud verò prolixius à *Celeb.* Joh. Georg. Wedelio in *Opiologiâ*, quin & à Michaele Ettmüllero, in *Diſſertatione de Opio* exponitur. Noſtri verò inſtituti hic eſt, ſpecificè ſolùm docere, quomodo Venenum quodvis deſtrui debeat? Quam ob rem in principio ſtatim, dum adhuc major portio *Opii* in ventriculo latitat, *Vomitorium* aliquod exhibendum, hinc etiam *Clyſteres* injiciendi; hac demum accedendum ad ea Remedia ſpecifica, quæ ſulphur illud Opii narcoticum potenter adoriri & deſtruere valent, qualia ſunt *Spiritus Salis armon. urinoſus*, vel ſimplex, vel *oleoſus* redditus, tam externè naribus applicandus, quàm intus etiam ad ℈j. ſubinde exhibendus.

Specifica

Specifica tamen magis eſt *Tinctura Caſtorei cum Spiritu Sal. armon. urinoſ. parata*, ut & *Eſſentia Myrrhæ, Cinamomi, Sal. volat. C. C.* aut *Viperarum, Spiritus Juniperi, Spiritus volatilis Eboris, Eſſentia Angelicæ, Rutæ*, aut *Zedoariæ*, quæ cum vehiculis appropriatis propinari diligenter poſſunt.

§. 2. *Opio* ſubjungimus *Fungos terreſtres* varii generis *venenatos*, à quibus comeſtis maximum vitæ aut mortis periculum imminet. Huic autem Veneno debellando atque è corpore expellendo eadem methodus præſcribi poteſt, qualis contra *Opium* fuit ordinata, & quia *Mel* pro ſpecifico talium Venenorum Antidoto vulgariter habetur, ideo etiam *Alexipharmaca* tam fixa, quàm *volatilia* cum ipſo *Melle* facilè propinari poſſunt. *Fungi terreſtres.*

§. 3. Sequuntur in Venenorum Vegetabilium ſerie *Napellus, Aconitum, Cicuta*, ſive *terreſtris*, ſive *aquatica, Colchicum, Nux Vomica, Ejula, Nicotiana, Helleborus albus, Hyoſcyamus, Ranunculus, Cynogloſſa, Mandragora, Solanum furioſum, Flos African. Pulſatilla*, & id genus. Quorum ſulphura impura & ſalia acria corroſiva deſtrui poſſunt, poſt exhibitum antea, ſi adhuc tempus eſt, *Vomitorium, Lixivioſis ſalibus, Pulveribus alexipharmacis*, tam *volatilibus* quàm *fixis*, inprimis *Caſtorei*, *Myrrhæ, Bezoardici mineralis, Antimonii diaphoretici, Eboris ppti, Pulver. radicum Anthoræ, Petaſitid. Gentian. Angelicæ, Contrayervæ, Carlinæ* &c. quibus adduntur *Electuarium Diaſcordium Fracaſtorii, Mithridat. Theriaca Andromachi*, niſi *Venenum* ipſum narcoticæ exiſtat naturæ. Multum quoque in talibus caſibus prodeſt *Lac bubul.* affatim & frequenter hauſtum, ut *Cremor Hordei* atque *Gelatina C. C.* &c. *Napellus, &c.*

TITULUS III.

De Venenis Animalibus, atque eorum Antidotis.

§. 1.

Venena animalia. VEnena *Animalia* longè subtiliora sunt & spirituosiora cœteris, hinc promptius in sanguinem penetrant, citamque ejus dissolutionem moliuntur, nisi confestim medela adhibeatur. Operantur talia Venena fermentativâ quâdam vi, quâ ob sal peregrinum ex irato Animali in vulneratam partem illatum, mox serum & sanguis, eorumque particulæ à se invicem dissolvuntur & disgregantur, quibus solutis, & spirituoso salinis nullo amplius repagulo prehensis exhalantibus necesse est, Massam sanguineam vappescere, lentorem sive viscidam crassitiem acquirere, atque instrumentum conser-servandæ vitæ minus idoneum reddi.

Operatio Venenis. §. 2. *Ictu* verò sive *punctura* atque *morsu Animalia* venenatam in Vulnera salivam exspuunt; in quibus Vulneribus dein vel obhæret, ulterius progredi nesciens; vel in vasa sanguinea læsa ulterius penetrat, & cum sanguine miscetur, vel tandem in nervulos irruit, & cum omnibus animalibus permixta statim Convulsiones, propter excitatum impetuosum spirituum motum excitat, mortemque brevi inducit.

Venena diversa. §. 3. *Morsus* tamen & *ictus* illi rabidorum aut *iratorum Animalium* magis minusve deleterii existunt, aliis promptè necantibus, tardius aliis, pluribus etiam innoxiis evadentibus. A *Tarantulis*, sive *Araneis* illis *marinis* Apuliæ, qui punguntur, continuò saltare coguntur, donec imaginatio à Veneno læsa fuerit sanata. A Canibus vel Lupis rabidis demorsi *Hydrophobiam* vel brevi vel post aliquot

quot demum menſes aut annos incurrunt, niſi Venenum prorſus fuerit excuſſum, ſive extractum. *Scorpionum*, *Aranearum*, *Apum*, *Scarabeorum*, *Viperarum*, &c. morſus & ictus, pro diverſâ Vulnerum & injecti Veneni ratione, quantitate & qualitate, nunc tardius, nunc citius ſuam vim deleteriam exercent.

§. 4. In Curatione ſtatim vulneratus locus *Aquâ muriatica* ſive *ſimplici*, cui *Sal ſolutum* inſit, vel *Lixivio*, *Spiritu Vini camphorato*, aut *Spiritu theriacali*, calidè eluatur, dein promptè *ſcarificetur* Vulnus, aut *Emplaſtrum veſicatorium* mox imponatur cum *Theriacâ*, *Emplaſtro de Meliloto*, ut & *Oleo Succini* & *Caſtorei* permixtum. Quo *Emplaſtro* Venenum omne promptè extrahitur, vel ita ſanè debellatur, invertitur aut præcipitatur, ut nocere amplius haud valeat. Deinceps in quavis deligatione Vulnus ſupra dicto aliquo liquore eluatur, hinc *Oleo Scorpionum*, *Rutæ*, *Chamomillæ*, *Balſamoq; Peruviano* percuretur. Nonnulli *Cucurbitulas* cum ſcarificatione in principio quoque ſuadent, Remedium certè non contemnendum, & hinc ſolito modo Vulnus tractant. *Curatio.*

§. Si pars vulnerata Inflâmmationem acquiſiverit, ea ſimul Remedia applicabuntur, quæ aliàs Inflammationem diſcutere valent. Sunt, qui Pullum gallinaceum aut Gallinam per medium dividunt, alteram ejus adhuc calentem partem Vulneri imponunt, ſicque feliciter infuſi Veneni ſpicula invertunt atque obtundunt.

§. 6. *Internè* in ejuſmodi caſibus *Bezoardica* ſtatim exhibebuntur, & jugiter continuabuntur, donec nulla amplius Veneni veſtigia hinc inde appareant. Hunc in finem *Theriacalia* non ſine ratione commendantur, ut & *Salia volatilia oleoſa*, *Spiritus* *Interna remedia.*

tus volatiles, *Mixtura ſimplex*, &c. cum *Aquâ Scordii*, *Betonicæ*, *Veronicæ*, *Scorzoneræ*, *Florum Sambuci*, *Cardui benedicti*, *Succiſæ*, *Borraginis*, &c. Beneficio quorum Remediorum ſudor ſæpius proliciendus eſt. Alii pro *ſudorifero Bezoardico* non ſine ſucceſſu quoque exhibent *Vinum medicatum*, in quo nimirum *Radices Angelicæ*, *Caryophyllatæ*, *Carilnæ*, *Zedoariæ*, *Ariſtolochiæ*, *Gentianæ*, *Dictamni albi*, *Petaſitidis*, *Violarum*, &c. ut & *Folia Scordii*, *Veronicæ*, *Hyſſopi*, *Salviæ*, *Origani*, *Majoranæ*, *Chamædreos*, *Rorismarini*, *Baccæ Lauri* ac *Juniperi*, *Semina Fœniculi*, *Dauci*, *Aquilegiæ*, &c. fuerint decocta, *Mixturæ* quoque *Cardiacæ* non negligendæ, cum *Syrupo acetoſitatis Citri* efficaciores & gratiores redditæ, etenim acidula ejusmodi Remedia reliquis prudenter juncta, omnem in Curatione talium Affectuum paginam abſolvunt.

A Tarantulâ icti. §. 7. Qui à *Tarantulâ* icti ſunt, eo curabuntur modo, quem *Athanaſius Kircherus* in ſuo *Tractatu de Magnete* luci publicæ expoſuit, ſed heic tamen etiam locus aliquis *Bezoardicis univerſalibus* concedendus eſt, imò *Venæ Sectio* ſimul forſan multum ad reſtituendam læſam Ægri phantaſiam contribuere valet.

Insectorum morsus. §. 8. *Veſparum*, *Apum & Aranearum* ictus ſequi promptè ſolet dolor vehemens tamdiu durans, donec vel aculei, ab hiſce Animalculis infixi fuerint exempti, vel immiſſæ Veneni particulæ exhalârint. Quam ob rem aculeus ſtatim eſt extrahendus, quod fit, ſi *Cepas* aut *Allium* cum *Theriacâ* & *Melle* contuſum imponatur. Alii ſubſtituunt *Cataplaſma* è *Cineribus Lignorum*, *Theriacâ* & *Aceto* compoſitum. Subinde aculeus ille per *Cucurbitulas cum ſcarificatione* applicatas felicius extrahitur. Extracto autem aculeo pars icta ſubinde eluitur *Aceto*

to rutaceo, cui ſimul *Scordium* & *Salvia* fuerint incocta, hinc verò *Scorpionum*, *Scarabeorum* aut *Lacertarum Oleo*, vel etiam *Balſamo Peruviano* perſanatur. Compertum & hoc habemus, *Araneæ ictum* ſolius *Salviæ* aut *Cochleariæ* foliis recentibus probè mundatis, cum Spiritu Anthos contuſis, & applicatis, promptè feliciterque ſanari.

§. 9. *Cantharides*, ſi vel intus aſſumtæ, vel extus applicatæ virus ſuum in corpore exerceant, ac inprimis vias Urinæ arrodant, inflamment & exulcerent, ſicque Stranguriam periculoſam excitent. Vel etiam ſicubi in ipſis primis viis corroſionem inſtituant, cum ſubſequentibus Animi deliquiis, Cardialgiâ, Torminibus, Dyſenteriâ, &c. tum in principio ſtatim *Olei Amygdalarum dulcium* vel *Violarum*, aut *Lactis bubuli*, frequentes propinentur hauſtus, vel etiam *Emulſiones Amygdalarum* cum *Seminibus* 4. *frigidis majoribus* paratæ ordinentur. Quâ ratione corroſiva volatilitas Cantharidum potenter obtunditur, infringitur & corrigitur. *Cantharidum noxa.*

§. 10. Tandem *Ictus Scorpionum interne* quidem Remediis hactenus dictis, ſed minimè omiſſis diaphoreticis fixis tractari poſſunt. *Externè* autem ſolent ſtatim Animalculum ipſum vivum contuſum & contritum ictæ parti applicare; hâc enim ratione, prout frequens teſtatur experientia, omnem à morſu aliàs inferendam noxam arcent, in quantum particulæ contriti Animalculi non ſecus ac Veſicatoria lancinando fibrillas cutaneas ad excretionem tum lymphæ naturalis, tùm Veneni ipſius ſtimulant. *Scorpionum ictus.*